Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

audiam quae facta sit/ quatenus cogitem ea quae nobis sit exor-
dium fabricanda. Et nos ergo in eum qui e mortuis
credentes. si odore eius tanti relevati/ cum opinione bonorum
operum dicimus quaerimus/ ad monumentum profecto illius/ cum
aromatibus venimus. Ille autem multos angelos videbat/ qui
cum aromatibus venerunt/ quia videlicet illi meritis suis nos
cruces aspicunt/ quae cum virtutum odoribus ad dominum pertinent
desiderium proferunt. Notandum uero nobis est. quid una sit
quod in dextris sedere angelis cernit. Quid uero sinistra.
nisi vita presens/ quid uero per dextera. nisi perpetua vita/ de-
signat. Unde scriptum est. Sicut eius sub capite meo/ et dex-
tera illius amplexabitur me. Quid igit recepitor nostra
presentis uite corruptione tulierat/ recte angelis qui
nuntiare perenne ei uita venerat/ in dextera sedebat.
Qui stola candida coopertus apparuit/ quia festiuita-
tis nre gaudia nuntiauit. Cuius eni uestis splendore
nre denuntiat sollempnitatis. Hinc dicam/ enim sue. Et
ut fateamur uerius/ et sue dicamus. nre/ Illa quippe
redemptoris nri resurrectio —/ nri festiuitas fuit.
quia nos ad immortalitatem perduxit/ et angelorum festiui-
tas extitit/ quia nos euocando ad celestia/ eorum numero
implenit. In sua ergo ac nra festiuitate angelis albis
uestitis apparuit/ quia dum nos per resurrectionem dominicam
ad superna reducimus/ celestis patrie dignitas repraesentat.
Sed quid uenientes feminas affatur audiamus. Solute
expauescite/ ac si apte dicat/ pax uobis/ illi/ qui nos tantum
aduentum superni ciuis timescant/ et carnalibus desi-
deriis pressi ad eorum se societate pertingere posse desperant/
Vos autem cur pertimescitis que uos contrarios uidetis.
Unde et matheus angelum apparuisse describens ait.
Erat aspectus eius sicut fulgur/ et uestimenta eius sicut